



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**Nicolai Cavssini Trecensis, E Societate Iesv, De Eloqventia  
Sacra Et Hvmana Libri XVI**

**Caussin, Nicolas**

**Coloniae Agrippinae, 1634**

Libri Vndecimi Institvtvm.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-70090](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-70090)



## LIBRI VNDECIMI

## INSTITVTVM.



**V**NDECIMVS hic liber Epidicticos Characteres hypoty-  
peseon complectitur: in quo variorum auctorum, qui modo in  
florido genere nituerunt ingentia, & quasi ex Grecorum, Latino-  
rumque tessellis opus mirifice vermiculatum poteris agnosce-  
re. Sunt omnino hypotyposes, viua quaedam rerum imagines,  
& compendiose laudationes ac vituperationes, quibus nihil est  
in eloquentia ornatius. si modo ea temperies adhibeatur, quam imperiti non no-  
runt, dum omnia sarcunt descriptionibus. Atque, ut nouitius ille Pictor qui  
Helena tabulam totam auro compleuit, cum pulchram orationem facere non  
possint, diuitem male adscitis ornamentis faciunt. Videndum est, quid argu-  
mentum, quid locus, quid persona, quid aures ferant, ut quis prudentes istis  
imaginibus utatur. Sed de vsu alias. Nunc inter has Epidictici generis delicias  
ludens, satis ubi em hypotyposeon copiam in ordinem digessi, permultas ex Grae-  
cis aegre, asi. & expressi, obscuras illustraui, mancas, & mutuas suppleui, notas ad  
aliquot obscuriores locos adieci. Quo in opere varietas cum fructu, & volupta-  
te coniuncta, studia iuuentutis excolere simul, & exultare poterit.

Ordinem ab homine, hic enim est  $\pi\alpha\upsilon\tau\omega\upsilon\ \mu\epsilon\tau\ \zeta\omega\upsilon$ . Duae eius natura orationi Homo mem-  
prabet ansas, hac vim caelestem, illa terrenam effigiem attingimus. um. Homo Quid est animal im-  
enim aliud homo, quam  $\zeta\omega\upsilon\ \delta\epsilon\theta\alpha\iota\alpha\tau\omega\upsilon\ \epsilon\sigma\tau\ \delta\upsilon\eta\tau\ \tau\omega\ \delta\upsilon\eta\tau\ \omega\ \chi\alpha\lambda\epsilon\pi\gamma\mu\epsilon\tau\omega\upsilon\ \phi\upsilon\sigma\iota\phi\omega$ . mortale in- Animal mortale in-  
immortale, in mortali carcere conclusum. Sed immortalis anima, quibus carcere. Plato in  
tanta rerum difficultate depingetur coloribus: mirari possumus, describere satis Axioche-  
non possumus. Verum nonnulla de eadem materia iam delibauimus libri terti capite primo,  
capite primo, & multa se prodeunt in Ethicis characteribus, quae ad animi linea-  
menta attineant, nunc inferiorem naturam, quae prima occurrit oculis, conside-  
remus.

CHARA-